



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Vitæ Sanctorum Sacris per singulos anni dies  
Meditationibvs illustratæ**

**Paderbornæ, 1697**

S. Hilarivs Episc: Conf: 5. Maii.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62968](#)

40} 31. [0.]  
**S. HILARIUS Episc: Conf:**

5. Maii.

*Vnusquisque prout destinaverit in corde suo, non ex tristitia aut necessitate, hilarem enim datorem diligit Deus. 2. Corinth 9.*

**L**icentiūs vivere hilaria visus est HILARIUS sensuum inconcessā libertate iacentam exigens; at velut vinitor serpentes humi vites palo alligans erigit, & luxuriantia sacramenta crinesq; falce distringit, sic HILARIUM Honoratus Abbas ad suum Lirinense Monasterium adducens adeò resecta omni libertate, virtute illustrem reddidit, ut, mores aliorum heroā virtute excedens, omnibus præiret exemplo, ipsiq; Honorato magistro suo, ut succederet Abbas, communibus suffragiis nominaretur, inde paulò post ad Arelatensem Pontificatum, quantumvis diu restitans columbae indicio, velut colesti augurio est electus. Quo in officio, non cessavit labore manuum juxare pauperes, nunquam sine prævia pii libelli lectio ne cibum sumere solitus est. Oratione sua dissoluto vitæ emendationem à Deo obti-

null.

nuit. Cum S. Augustino erat ei litterarum commercium, pro quo etiam contra Pelagianos generosè pugnabat: iura Ecclesiæ cùm acrius defendisset, cessit deinde, & ut bonæ mentes solent, se reum nimii fervoris apud Pontificem accusavit, quem zelum utinam ampliorem haberent, qui frigidi, metu potentiorum, neglectis sacerdotum juribus prævaticatores fiant.

*Ex Martyrol. Galli. o Suszati suffrenis.*

## M E D I T A T I O

### *De gaudio spirituali.*

1. **H**ilari animo Deo servias: nam solent homines Dei bonitatem laudare, cùm servos eius latos, ac hilares conspiciunt; imò ad piè vivendum ipsi excitantur, cùm intelligunt, factius ac suauius esse, quām putant, Deo servire; tibi utique hæc hilaritas admodum utilis erit; non enim gravat otius, quod hilari animo gestatur. Latare in Domino semper, ut omnes cognoscant, te non ex necessitate, sed ex animo ipsi servire.

2. **V**iv nusquam esse nisi ut bene vive! Elue sordes conscientiæ: Tristitia cùm cæteris malis per peccatum in mundum intravit. Ubi nullum peccatum, ibi nulla, vel certè brevis tristitia. Bonæ conscientiæ merces iuge gaudium; supplicium vero præ iuge tedium, jugis mœror, jugis tristitia; Ne concupiscas

(450) 323. (450)  
cupicas peccatorum felicitatem: nam nihil infelici-  
bus i  
tace  
detr  
ante  
quò  
nor  
mar  
tim  
vest  
mil  
ent  
tas  
gfe  
ver  
adi  
no  
ni  
im  
bi  
co  
ill  
Se  
de

is felicitate peccantium. Aug.

3. Ut lētitiam Sp̄ritūs foveas, augeasque, Deum  
attende & Paradisum. Memento, Deum spectare  
tuos labores, æternamq; coronam tibi præparare,  
Splendeat in vultu hæc lēticia, dum alios alloqueris.  
Scito, tristitiam virtuti admodum contrariam esse;  
sanctam verò lētitiam valere plurimum, tum ad vin-  
tendos, tum ad fugandos omnes inimicos animæ  
nostræ. Nullum armaturæ genus est validius, quam  
gaudere secundum Dñm. Chrysost.

---

## S. JOANNES DAMASCENVS.

6. Maii.

*Tu scis, quia falsum testimonium  
tulerunt contra me.* Dan. 3.

**E**Tiam hic JOANNES, cui Patria Damasci.  
Eno nomen fecit, inter Virginis cultores  
in paucis est numerandus. Cum autem Sa-  
tacenorum Duci à consiliis esset, calamum  
interim in Leonem factarum imaginum ho-  
stem strinxit, pulchrum existimans pro Ma-  
tris capite manum suam obicere. Nam  
cum literas commentus impius esset Impe-  
rator